

Q. 231

14

Y b
1836





OK. 231. 22.

IV 153

ANNIVERSARIAM
GYMNASII ILLUSTRIS
ILLUSTRATIONEM

SOLLEMNI RITV AVSPICANDAM

INDICIT

M. IOANNES GOTTFRIED GEISLERVS

RECT.

ACCEDIT

s. nächste Seite
Particulae primae recensiois numerum Thesauri Fri-
dericiani, in quibus Concordia laudatur, pars altera.



GOTHAE LITTERIS REXHERIANIS.



Veteri consuetudine et instituto maiorum auspicanda est
anniuersaria Gymnasii Illustris Iustratio declamationibus
alumnorum quorundam Classis Selectae. Dicta est his
sollemnibus hora octaua crastini. Declamandi officium tribu-
tum est iuuenibus tribus, in Academiam Ienensem propediem
abituris, assiduitate, probitate, bonis moribus conspicuis,
IOANNI CHRISTIANO KAVZIO *Molschlebiensi*, IOANNI
CHRISTIANO SÆNGERO *Burgtonnensi*, IOANNI IACOBO
BRAVNIO *Medebacensi*, de uia ad felicitatem, per pietatem
in Deum, bonarum artium culturam, et urbanitatem cum
obsequio coniunctam munienda, dicturis, Gymnasioque uale-
dicturis. Horum optimo cuique se probandi studium, ne au-
gere praesentia, excitare indulgentia, fouere beniuolentia gra-
uentur MAECENATES OPTIMATES EPHORI
PATRONI FAVTORES sua quisque dignitate et or-
dine, omni obsequii et obseruantiae cultu maxime deueneran-
di et honorandi, ea, qua par est, animi contentione, submis-
sissime etiam atque etiam oro.

P. P. A. D. xxx. IVLII A. C. c1010cclxviii.

RE-

RECENSIO
NUMORVM THESAURI FRIDERICIANI IN
QVIBVS CONCORDIA LAVDATVR.

Particulae primae, quae sistit aureos, pars altera.

SEVERINA.

Aureliano iungenda uxor *Seuerina* ex *Bandurio*, Tom. I. p. 930.

SEVERINA. AVG. Caput *Seuerinae* cum stola ad pectus, et luna bicorni ad humeros.

CONCORDIAE. MILITVM. Figura muliebris stans dextrorsum spectans, dextra signum militare, alterum sinistra, in ima parte R.

Eundem numum habet *Valens* To. III. p. 27. et *Mus. Vindob.* To. I. p. 18.

TETRICVS.

Cui succedit *Tetricus*, quem ex *Mediob.* p. 399. habet *Bandur.* Tom. I. p. 400.

IMP. C. TETRICVS. P. F. AVG.

CONCORDIA. AVGG. Duae dextrae iunctae.

FLORIANVS.

Et *Florianus*, quem *Bandurius* affert Tom. I. p. 430. ex *Mediob.* p. 411. cum *Valente* Tom. III. p. 33.

IMP. C. M. ANN. FLORIANVS. AVG.

CONCORD. MILIT. Duae figurae iungentes dextras.

VRBICA.

Et *Vrbica* ex *Bandurio* To. I. p. 510. cum *Valente* To. III. p. 41. *Mus. Vindob.* Tom. I. p. 19. *Mediob.* p. 451.

MAGNAE. VRBICAE. AVG. Caput eius, ad pectus cum stola.

CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris sedens, dextra tenet patenam, sinistra duplex cornucopiae. MAGNAE, quod habet *Mediob.*

B

et

et AVG. in *Mus. Vindob.* sine dubio errores uel typographorum uel
sculptorum sunt. *Mus.* certe *Vindob.* laudat *Valentem*, qui diserte
AVGG. habet.

DIOCLETIANVS.

Et *Diocletianus* ex *Mediob.* p. 423.

DIOCLETIANVS. P. F. AVG.

CONCORDIA MILITVM. XX. Duae figurae iungunt dextras, in
quarum medio Victoria quem sequitur *Bandurius* To. II. p. 6. et
addit alium:

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani laureatum ad hu-
meros, dextrorsum.

CONCORDIAE AVGG. NN. Duo Imperatores stantes, dextris te-
nent globum; superuolitat Victoria, cum corona in utraque manu.
quem numum et *Valens* habet To. III. p. 49. Sed *Theopolus* p. 310.
tertium adfert:

DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Caput laureatum.

CONCORDIA. AVGG. ET. CAES. NNNN. Mulier sedens dextra
pateram, sinistra cornucopiae. in imo A. Q.

VAL. MAXIMIANVS.

Et *Val. Maximianus* ex *Bandurio*, qui sex numes recenset:

IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Caput lau-
reatum, ad pectus cum lorica.

CONCORDIA AVGG. Imperatores duo stantes, qui a dextris est,
globum porrigit alteri, sinistra tenet sceptrum, qui uero a sinistris
stat, sinistra tenet hastam. Hunc numum et *Valens* habet To. III.
p. 55. Alter *Bandurii* est:

IMP. C. VA. MAXIMIANVS. P. F. AVG.

CONCORDIA. MILITVM. Duae figurae stant, in quarum medio
uictoriola. in ima parte ALE. Δ. ubi conferenda, quae *Bandurius*
monet ex *Mediob.* p. 433.

Tertius est alius, cum KE in ima parte, eodem typo, ex *Mediob.* p.
436. Quartus:

MAXIMIANVS. AVGVSTVS.

CON-

CONCORDIAE. AVGG. NN. Duae figurae sedentes in subfessio,
dextra globum, in quarum medio uictoriola. ex *Mediob.* p. 433.

Quintus:

CONCORD. AVGG. ET. CAES. NNNN. Typus ut supra. ex *Me-
diob.* p. 433. Sextus:

MAXIMIANVS. SEN. P. F. AVG. Caput Maximiani laureatum ad
humeros.

CONCORD. MILIT. FELIC. ROMANOR. Concordia uelata stans,
dextram Herculi porrigit, sinistra uero hastam tenet: inter utram-
que figuram E. in ima parte P. R. Accedit septimus et octauus ex
Mus. Vindob. To. I. p. 20. et in Appendice p. 152.

IMP. C. M. A. MAXIMIANVS. AVG. Caput laureatum.

CONCORDIAE. MILITVM. Mulier stans utraque manu signum mi-
litare. infra S. T. et astrum. Qui in Appendice adfertur, ab hoc
paulo diuersus dicitur, et infra habere S. C. Uterque anecdotos.

CONSTANTIVS.

Et *Constantius ex Bandurio* To. II. p. 91.

CONSTANTIVS. P. F. AVG. Constantius capite laureato, ad pectus
cum trabea, dextra tenet scipionem, in cuius summitate aquila.

CONCORDIA. AVGG. ET. CAESS. Figurae duae paludatae ac suc-
cinctae una globum tenentes; quae a dextris est, capite nudo, fini-
stra uestem colligit; quae uero a sinistris, capite laureato, sceptrum
gestat sinistra, infra inter utramque figuram corona laurea, in qua
XX. in ima parte SIS. Eundem habet *Valens* To. III. p. 61.

CARAVSIVS.

Et *Carausius ex Bandurio* To. II. p. 116.

IMP. CARAVSIVS. AVG. Caput laureatum ad pectus cum paluda-
mento.

CONCORDIA. MILIT. Duae figurae muliebres tunicatae ac stolatae
stantes, dextras iungunt. in ima parte VM. Eundem laudat *Valens*
To. III. p. 65. et *Guil. Stuckeley* in *The Medallie History of Carau-
sius.* London, 1759. quaternis. p. 185. 2.

SEVERVS.

23. SEVERVS. NOB. CAES. Caput Seueri cum laurea.

B 2

CON-

CONCORDIA. CAESS. NOSTR. Mulier in sella sedens, dextra pateram, sinistra duplex cornucopiae. In imo: S. M. T. Eundem *Bandurius* To. II p. 123. et *Valens* To. III. p. 68. laudant, uterque rarissimum praedicant.

GALERIVS MAXIMIANVS.

Excipit hunc *Galerius Maximianus* ex *Bandurio* To. II. p. 131.

MAXIMIANVS. CAESAR.

CONCORDIAE. AVGG. NN. Duae figurae sedentes, in quatum medio uictoria. *Bandurius* hic *Mediobarbum* sequitur p. 441.

LICINIVS.

Et *Licinius* ex *Bandurio* To. II. p. 180. iterum ex *Mediob.* p. 452.

LICINIVS. NOB. CAES. Bustum Licinii patris laureatum, dextra syngropham, sinistra sceptrum.

CONCORDIA. AVGG. DD. NN. AET. Imperatores duo paludati stantes, dextris sustinentes globum, in quo uictoria, quae ambobus laureas imponit, sinistris hastas, in eorum medio sidus, et ara cum igne, in qua: VOT. P. V. in ima parte Q. ARL.

CONSTANTINVS.

Et *Constantinus M.* ex *Bandurio* To. II. p. 243. post *Mediob.* p. 459.

IMP. CONSTANTINVS. AVG.

CONCORDIA. IMPERII. Mulier stans, dextra hastam, in ima parte SISB. Alium habet *Mus. Vindob.* To. I. p. 23.

CONSTANTINVS. P. F. AVG. Caput laureatum.

CONCORDIA. AVGG. NN. Mulier sedens dextra caduceum, sinistra cornucopiae, infra S. M. T. Anecdotos.

CRISPVS.

Et *Crispus* ex *Bandurio* To. II. p. 310.

FL. IVL. CRISPVS. NOB. CAESAR. Crispus capite laureato ad pectus cum lorica, dextrorsum, dextra tenet spiculum inuersum, sinistra clypeum.

CONCORDIA. AVGG. NN. Figura muliebris sedens, dextra tenet caduceum, sinistra cornucopiae, in ima parte: S. M. N. H. Alius cum S. M. N. K. in ima parte, eodem typo, utraque ex parte.

VALEN-

paludamento. CONCORDIA. AVGGG. N. Figura muliebris galeata et stolata sedens, pede laevo prorae navis imposito, hastam dextra, globum sinistra tenet, in ima parte: CONOB. V. Eadem epigraphe cum eodem capitis typo. CONCORDIA. AVGGG. S. Typus et literae in imo, ut supra. VI. Eadem Epigraphe. Caput ut in primo et secundo. CONCORDIA. AVGGGG. Typus et literae in imo, ut supra. VII. Eadem epigraphe, caput idem. Eadem inscriptio. Figura galeata sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, cippo innixum, in quo VOT. X. MVLT. XV. in ima parte: MDOB. VIII. Eadem epigraphe. Caput, ut in tertio et quarto. Eadem inscriptio, accedit litera H. Typus et literae in imo, ut in quarto et sequentibus. VIII. Epigraphe ut in primo, caput, ut in praecedenti. CONCORDIA AVGVSTORVM. Typus, ut supra, cum iisdem literis, in ima parte.

THEODOSIVS.

25. D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. Caput cum diademate ex gemmis unionibusque, ad pectus cum paludamento.
 CONCORDIA. AVGGG. Δ. Figura galeata sedens in sella, leoninis capitibus conspicua, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. V. MVL. X. adfidente ad dextram aquila. In imo: CONOB.
26. Eadem epigraphe, idem caput.
 Eadem inscriptio cum Γ. Figura galeata in sella sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. X. MVLT. XV. infra a dextris navis, ut uidetur, prora. In imo: CONOB. Posteriorem etiam habet *Bandurius* To. II. p. 506. et praeterea XV alios, nempe: I. Eadem epigraphe, idem caput. CONCORDIA. AVGG. Imperatores duo sedentes a fronte, uictoria retro stante et utrumque complectente, in ima parte: COM. Affinem huic adfert *Theupolus* p. 356. cum eadem epigraphe et capite in aduersa, in auersa etiam eadem epigraphe, sed typo diuerso, nempe: Mulier, capite turrato sedens, dextra elata, sinistra - - - pede dextro prorae imposito, in imo: CON. OB. II. Eadem Epigraphe. Theodosius cum galea et corona gemmata a fronte, ad pectus cum lorica, dextra gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistra clypeum, in quo eques. CON.

CONCORDIA. AVGG. Figura mul. galeata sedens, dextra tenet hastam, in cuius uertice aquila, sinistra globum cum uictoriola, a dextris in area stella. in ima parte: CONOM. III. Eadem epigraphe. Caput Theodosii galeatum, plena facie, caetera ut supra.

CONCORDIA. AVGG. I. Typus ut supra, cum stella in area, sed absque aquila in uertice hastae. in ima parte: CONOB. IIII. ex *Mediob.* p. 519. Eadem epigraphe.

CONCORDIA. AVGG. G. B. CONOB. Figura galeata sedens, dextra pomum cum cruce, sinistra rhabdum. V. ex *Mediob.* p. 516. Eadem epigraphe.

CONCORDIA. AVGGG. Roma galeata sedens, dextra hastam, sinistra globum, in ima parte: CON. OB. VI. Eadem Epigraphe. Caput Theodosii cum diademate ex duplici margaritarum filo, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA. AVGGG. Figura stolata, capite turrato sedens, dextra tenet spiculum, sinistra globum, in ima parte: CONOB. ex *Cangio et Mediobarbo* p. 518. VII. Eadem epigraphe. Caput Theodosii cum diademate ex gemmis et margaritis, ad pectus cum paludamento. Eadem inscriptio. Figura muliebris stolata et galeata, sedili, duobus leonum capitibus adornato, insidens, pede dextro prorae nauis imposito, dextra hastam, sinistra globum, in imo: CONOB. ex *Cangio et Mediob.* p. 518. VIII. Eadem epigraphe, idem caput.

CONCORDIA. AVGGG. Figura muliebris tunicata et turrata, sedens a fronte, uultu sinistrorsum conuerso, caetera ut supra. in ima parte: CONOB. VIII. Eadem epigraphe, idem caput. Eadem inscriptio. Figura muliebris galeata, sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo: VOT. V. MVL. X. in ima parte: COMOB. X. Eadem epigraphe, idem caput.

CONCORDIA. AVGGG. o. Typus ut supra, sed in clypeo VOT. V. MVL. X. in ima parte CONOB. XI. Eadem epigraphe. Eadem inscriptio cum N, alius F. Victoria galeata sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. V. MVL. X. in ima parte: CON. OB. ex *Mediob.* p. 516. XII. Eadem epigraphe. Caput Theodosii cum corona ex margaritis, ad pectus cum paludamento. Eadem inscriptio cum B. Figura muliebris galeata sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo: VOT. X. MVL. XV. in imo: CONOB. Affinem, sed sedili duobus capitibus

bus leoninis ornato distinctum, et in clypeo MVL. X. habentem affert *Musellius in Numismatibus antiquis*, Veronae, 1750. III. Voll. fol. editis. Tab. 256. 1. XIII. Eadem epigraphe. Eadem inscriptio, cum N. Typus ut supra, absque litteris in ima parte. ex *Mediob.* p. 518. XIII. Eadem epigraphe, idem caput. CONCORDIA. AVGGGG. A. Figura muliebris, ut supra, cum hasta et clypeo, in quo VOT. V. MVL. X. ad pedes rostrum navis. XV. Eadem epigraphe, idem caput. Eadem inscriptio, cum Δ. Typus ut supra, absque rostro navis; in ima parte: CONOB. Accedit e *Musellio* To. IV. Tab. 74. 4. p. 106. alius: Eadem epigraphe, idem caput. CONCORDIA. AVGGG. in ima parte: S. M. K. Γ. Figura muliebris galeata sedens a fronte, dextra hastam, sinistra globum tenet.

ARCADIUS.

27. D. N. ARCADIUS. P. F. AVG. Diademate cinctum Arcadii caput, ad pectus usque cum paludamento.

CONCORDIA. AVGGGG. Z. Figura galeata sedens in sella leoninis caputibus ornata, dextra hastam, sinistra globum, ad pedes a dextris rostrum navis. In imo: CONOB.

28. Eadem epigraphe. Arcadius cum stemmate cristato a fronte, ad pectus cum lorica, dextra tenet spiculum, ad humerum dextrum, sinistra clypeum, cui eques insculptus.

CONCORDIA. AVGG. Figura galeata in sella sedens, dextra hastam, sinistra globum cum victoria tenet, ad pedes a dextris navis rostrum. In imo: CONOB.

29. Idem numus, nisi quod in parte auersa post AVGG. addita est N.

30. Eadem epigraphe, idem caput.

CONCORDIA. AVGGGG. Γ. Figura galeata sedens, dextra hastam, sinistra clypeum, in quo VOT. V. MVL. X. In imo: CONOB.


Quos pagina non cepit, pauci, cum numis maximi moduli prope-
diem sequentur.

ADDENDA

ad Particulae primae partem primam.

p. 4. u. 21. post: AVREL. adde: VERVS.

p. 6. u. 13. post: sinistra adde: duplex.




Yb 1836 (42)

ULB Halle
006 247 180

3



1078





BR. 231. 22

IV 153
1

ANNIVERSARIAM
GYMNASII ILLVSTRIS
LVSTRATIONEM

SOLLEMNI RITV AVSPICANDAM


INDICIT

M. IOANNES GOTTFRIED GEISLERVS

RECT.

ACCEDIT

*Particulae primae recensiois numerorum Thesauri Fri-
dericiani, in quibus Concordia laudatur, pars altera.*



GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.

